Jahresbericht

von der

Königlichen Studienanstalt

zu

Erlangen in Mittelfranken

bekannt gemacht

bei der öffentlichen Preisvertheilung

den 6. August 1859.

Vorausgeschickt ist eine Abhandlung:

De Sophocle poeta Ὁμηρικωτάτῳ

von

Max. Lechner,
K. Studienlehrer.

Erlangen,
Druck der Universitäts-Buchdruckerei von Junge & Sohn.

De Sophocle poeta Ὁμηρικωτάτῳ

scripsit

Maximilianus Lechner.

De Homero ac Sophocle scripturo renovatur duorum virorum mihi recordatio, quorum alterum ante hos paucos menses, alterum tres abhinc annos praematura morte nobis ereptum etiam atque etiam lugeo. C. F. Naegelsbachium dico, qui Homeri et sermonis et religionum investigator diligentissimus adamare, intelligere, enarrare carmina illius me docuit, F. G. Schneidewinum, qui de Sophoclis tragoediis egregie meritus perscrutandi eas dux mihi et hujus ipsius commentationis conscribendae fuit suasor. Qui utinam viverent, ut quae illorum maxime nisus doctrina nunc edere conor iis offerrem! Quod quoniam non licet, quantum utrique debeam, hoc loco profitendum mihi existimo. Hi enim quum in academia Fridericia Alexandrina et in alma Georgia Augusta versabar benignissime mihi faventes domestico usu et consuetudine non minus quam disciplina publica me adjuverunt; iidem postea donec vivebant paterna necessitudine ac benevolentia me complexi optime mihi consuluerunt. Amborum igitur, quorum utrum magis dilexerim nescio, gratissimo quoad ipse vivam animo recolere memoriam non desinam.

Ex Homero, a quo, ut ait Ovidius in Amm. 3, 8, 25, ceu fonte perenni vatum Pieriis ora rigantur aquis, Graecorum poetas et scriptores plus minusve omnes deprompsisse constat. Vide G. Hermanni praefat. ad Iliad. in opusc. t. III, p. 77, Kruegeri gramm. dialect. §. 1, 4, 2, Laueri histor. poes. Homer. p. 23—57, Sengebuschii Homer. dissertationem priorem. Ad tragoedias imprimis tanto ille momento fuit, ut Plato de rep. 10, 595 C (cf. 598 D, 607 A, Theaet. 152 E, Hermogen. method. eloqu. c. 36) omnium tragicorum primum magistrum atque ducem diceret Homerum. Vide Welckeri tragg. graec. part. I. p. 4, Laueri hist. poes. Hom. p. 32—34, Sengebuschii Hom. dissert. prior. p. 119 sq., 170—173. Prae ceteris autem tragicis Sophoclem studiosissimum Homeri fuisse veteres contendunt. Aristoteles in poet. cap. 3 ed. Bekk. dicit: *ὥστε — ἂν εἴη μιμητὴς Ὁμήρῳ Σοφοκλῆς, μιμοῦνται γὰρ ἄμφω σπουδαίους.* De Polemone philosopho Xenocratis auditore magistro Zenonis narrat Diogenes Laert. 4, 3, 7

ed. Cobet: *ἔλεγεν οὖν τὸν μὲν Ὅμηρον ἐπικὸν εἶναι Σοφοκλέα, τὸν δὲ Σοφοκλέα Ὅμηρον τραγικόν*, quod testatur Suidas s. v. *Πολέμων*: *ἔχαιρε δὲ Ὁμήρῳ τε καὶ Σοφοκλεῖ καὶ ἴσως ἔχειν ἑκάτερον αὐτῶν σοφίας ἔλεγεν ὥστε καὶ φάσκειν Ὅμηρον μὲν Σοφοκλέα ἐπικόν, Σοφοκλέα δὲ Ὅμηρον τραγικόν.* Dionysius Hal. de compos. verbb. cap. 24 in eorum numero, qui Homerum mediae compositionis (*τῆς κοινῆς ἁρμονίας*) auctorem secuti sint, neminem habet tragicorum nisi Sophoclem. In vita Sophoclis (apud G. Dindorfium in Scholl. II, p. 6, Westermannum in Vit. scriptt. p. 131, Fr. Ritterum in Didymi Chalcent. opusc. p. 152, Bergkium in Sophocl. edit. p. IX) legimus haec: *Τὸ πᾶν μὲν οὖν Ὁμηρικῶς ὠνόμαζε·* *) *τούς τε γὰρ μύθους φέρει κατ᾽ ἴχνος τοῦ ποιητοῦ καὶ τὴν Ὀδύσσειαν δ᾽ ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφεται. παρετυμολογεῖ δὲ καθ᾽ Ὅμηρον καὶ τοὔνομα τοῦ Ὀδυσσέως· „ὀρθῶς δ᾽ Ὀδυσσεύς εἰμ᾽ ἐπώνυμος κακοῖς· Πολλοὶ γὰρ ὠδύσαντο δυσσεβεῖς ἐμοί". ἠθοποιεῖ δὲ καὶ ποικίλλει καὶ τοῖς ἐπινοήμασι τεχνικῶς χρῆται, Ὁμηρικὴν ἐκματτόμενος χάριν· ὅθεν εἰπεῖν Ἰωνικόν τινα* **) *μόνον Σοφοκλέα τυγχάνειν Ὁμήρου μαθητήν.* Eustathius denique p. 198, 4; 645, 16; 756, 17; 851, 57; 890, 19; 902, 2; 1133, 50; 1140, 26 *φιλόμηρον* dicit Sophoclem, p. 514, 45 *ζηλωτὴν Ὁμήρου*, p. 1083, 17 *Ὁμηρικὸν ζηλωτήν*. Cf. de his veterum dictis Sengebuschium in Hom. diss. prior. p. 171 sq., Schneidewinum in Soph. tragg. I. tert. ed. p. XXX sqq.

---

*) Neque Dindorfius vel Westermannus offendunt in his verbis neque Ritterus, qui interpretatur: „quidquid pangebat, id in modum Homeri dictum efferebat". Similiter Welckerus in tragg. graec. part. I, p. 87 scripsit: „*Die Diction ist durch ὠνόμασε bezeichnet*". Ejusmodi vero sententiae, si quidem enuntiari illis verbis ea possit, locum non esse persuadebis tibi, si quae sequuntur animadvertes. Sic enim explanantur illa, ut varia et multiplex Homeri imitatio Sophocli assignetur. Et erraverunt Bothius aliique ejus vitae editores, quos Wuellnerus, Wiedemannus, Welckerus in iis quos statim recensebo commentationibus secuti sunt, quum omisso *γάρ* conjunxerunt haec verba *τούς τε μύθους φέρει* cum illo *ὠνόμαζε* et finem enuntiati fecerunt in vocabulo *τοῦ ποιητοῦ·* quod ferri nullo modo potest, quia *τε — καί* inter se respondent et *φέρει, ἀπογράφεται* verba praesentis temporis forma expressa conjungi necesse est. Immo recte Bergkius not. 14 *ὠνόμαζε* judicat aperte vitiosum. Addit idem, conjecisse se, sed dubitanter *οἰκονομεῖ*. Equidem scriptum fuisse suspicor: *Τὸ πᾶν μὲν οὖν Ὁμηρικὸς ὠνομάζετο· τούς τε γὰρ μύθους φέρει* etc.

**) Delitescere hic Ionis Chii nomen, qui in libro *τῶν Ἐπιδημιῶν* sive *Ὑπομνημάτων* illud de Sophocle Homeri discipulo videretur statuisse, Meinekius cognovit et Bergkius. Quibus assentitur Schneidewinus, quum dicit in Philol. t. VIII, p. 736: „*Auch ich suche hier den Namen des Jon um so lieber, da ein solcher Ausspruch ihm so recht ähnlich sieht. Er, von der Homeriden-insel gebürtig, mit den homerischen Gedichten von Kindesbeinen an vertraut, hat die Stoffe seiner eignen Dramen fast ausschliesslich aus jenen gezogen und war ganz der Mann, das Homerische im Sophokles herauszufühlen und zu beurtheilen*". Meinekius igitur *Ἴωνα τὸν ποιητήν*, Bergkius olim *Ἴωνα τὸν Χῖον*, nunc (in edit. Soph. p. XXXVII, not. 149) optime *Ἴωνα* conjecit; quod cum non satis intelligeret librarius indoctus, substituisse eum *Ἰωνικόν τινα* bene ille docuit.

Nec defuere nostris temporibus, qui illa veterum dicta illustrarent. Henr. Stephani de Sophoclea imitatione Homeri seu de Sophoclis locis imitationem Homeri habentibus dissertatio Parisiis prodiit anno 1568 inter annotationes ejus in Sophoclem et Euripidem p. 86—95; eandem invenies repetitam ad calcem editionis Sophoclis, quam Paulus Stephanus comparavit a. 1603. Voces quasdam et sententias e Sophoclis tragoediis Stephanus congessit non tamen omnes Homeri satis similes. Postea Franc. Wuellnerus a. 1828 in Zimmermanni diariis universae rei scholasticae p. 1105—1107 de Sophocle *φιλομήρῳ* commentationem scripsit, qua de tragoediarum argumentis et de arte describendi et de personarum moribus plura, de dicendi genere perpauca disseruit. Tum Car. Godofr. Wiedemanni commentatio de Sophocle imitatore Homeri praemissa est a. 1837 literis, quibus indicuntur orationes in gymnasio Gorliciano habendae. Is non satis mihi probavit, Sophoclem tragoedias suas in enarrandis rebus, in variandis animi affectibus, in canticis inserendis ad Homeri exemplar conformasse; pluris facio quae de argumentis et de vocabulorum aliquot vi atque usu protulit. Welckerus autem vir clarissimus in praestantissimi de tragoediis graecis libri, quem Bonnae a. 1839 edidit, parte prima p. 86—92 quomodo in fabulis et in universo orationis genere Homericus dici posset Sophocles dilucide, qua est eruditione atque elegantia, exposuit. Quem secutus est Schneidewinus in Sophoclis tragoediarum parte prima tert. edita p. XXX—XXXII. Cf. de his recentiorum commentariis Laueri hist. poes. Hom. p. 32, not. 88, qui addit Kuesteri hist. crit. Hom. p. LXV sq. ed. Wolf.*) His igitur adminiculis adjutus nec minus ea quam Sophoclis editores meaque studia mihi suppeditarunt supellectile usus et de imitatione, quae versatur in rebus, et de similitudine in verbis conspicua quoad potero disputabo. Quae duo genera quum inter se colligata atque implicata sint, veniam peto, si quid alio atque exspectaveris loco collocabo.

Ac rerum imitationem, quum illa respicimus, quae grammaticus dicit in vita: *τούς τε μύθους φέρει κατ᾽ ἴχνος τοῦ ποιητοῦ καὶ τὴν Ὀδύσσειαν δ᾽ ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφεται*, contineri intelligimus fabulis antiquis, quarum non solum summam petiverit poeta tragicus ex epicis carminibus, sed etiam singulas saepe partes ad illa diligentissime effinxerit. Addit autem grammaticus: *ἠθοποιεῖ καὶ ποικίλλει καὶ τοῖς ἐπινοήμασι τεχνικῶς χρῆται*, ut ab heroum natura et ab arte, qua illam expresserit uterque poeta, et a cogitatis, quae eloquuntur sua quisque parte heroes, duci eandem imitationem perspiciamus. Primum igitur est de tragoediarum argumentis, deinde de personarum moribus, post de descriptione, tum ad extremum de sententiis dicendum.

---

*) Menagius, ut apud Lauerum scriptum est, conjecit ad Diog. Laert. 4, 3, 20, a Philostrato Alexandrino libro illo, quem *περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς* confecisse eum Porphyrius in Eusebii praepp. evangg. 10, 3, 8 ed. Heinichen narrat, de re nostra fuisse actum. A quo locos quosdam Sophoclis cum Homero esse collatos quamvis sit verisimile, tamen Pindari quoque, Aeschyli, Euripidis, aliorum imitatorem Sophoclem deprehenderit.

Atque argumenta quidem ex Iliade Phrygum (v. Welck. p. 135 sq.), ex Odyssea Nausicaae, Phaeacum, Convivarum (v. Welck. p. 227—240) Sophocles petiit. Quid ergo? satin' est hoc, ut Ὁμηρικώτατος in argumentis is poeta esse videatur, a quo octoginta ferme tragoedias scriptas fuisse sciamus? Immo cognomen *φιλομήρου*, quoad e fabularum argumentis trahitur, ad ea quoque carmina revocandum est, quae praeter Iliadem et Odysseam epico continebantur cyclo et quibus nomen erat Homericis, ut latius pateret et ad multos pertineret. Testis est Athenaeus, qui in Deipnosoph. libr. 7, c. 5, p. 277 E dicit hoc: *ἔχαιρε δ' ὁ Σοφοκλῆς τῷ ἐπικῷ κύκλῳ.* Quod comprobari cognoscis, quum praeter quatuor illas e cycli epici carminibus alias duodetriginta vel quadraginta Sophoclis tragoedias, quarum nos quidem habemus notitiam, emanasse vides, quas reperis notatas a Welckero p. 59 sq. Neque tamen necesse est cum Wuellnero et aliis, quos Welckerus nominat p. 88 not. 30, apud grammaticum quoque, qui vitam Sophoclis scripserit, Homeri nomen ad universum referre cyclum epicum. Verissime enim Welckerus dicit p. 86, Odyssea et solita nominis Homeri regione circumscribere illum quae pronuntiat de argumentis, quia obiter de his mentionem faciat ad declarandam ipsius veri Homeri imitationem multis in rebus conspicuam. Quodsi Aeschylum quoque tragoediarum permultarum argumenta ex epico cyclo tanquam e communi fonte hausisse dixeris (vid. Welck. p. 4, Schneidewin. in Phil. t. VIII, p. 736 sqq.), Euripidis certe tragoediae multo rarius pro rata parte ex illo fonte fluxerunt; vid. Welck. part. II, p. 457.

Sed quid ego illa commemoro, cum aliam liceat mihi explanare argumentorum imitationem, quae genere, non numero cernitur? Ita enim carmina heroica amplexus est Sophocles, ut ipsis fabularum vestigiis quam maxime posset ingrederetur. Huc maxime spectant illa grammatici *κατ' ἴχνος τοῦ ποιητοῦ* et *ἀπογράφεται,* idemque valent quae dicit Athenaeus eo quem attulimus loco *ἔχαιρε τῷ ἐπικῷ κύκλῳ, ὡς καὶ ὅλα δράματα ποιῆσαι κατακολουθῶν τῇ ἐν τούτῳ μυθοποιίᾳ.* Iliadem igitur et Odysseam permultis tragoediarum locis a Sophocle habes expressam. Atque, ut ab Ulixe ordiar, Minervae patrocinio singulari hunc vides apud Homerum adjutum eique maxime deae confisum; de qua Nestor Telemachum allocutus *γ,* 218

εἰ γάρ σ' ὡς ἐθέλοι φιλέειν γλαυκῶπις Ἀθήνη,
ὡς τότ' Ὀδυσσῆος περικήδετο κυδαλίμοιο
δήμῳ ἔνι Τρώων.

Ejusdem auxilio divino sublevatus apud Sophoclem in Aiace agit. Itaque quum apud Homerum *K,* 278 audias illum precantem

κλῦθί μευ, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ἥτε μοι αἰεὶ
ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι, οὐδέ σε λήθω
κινύμενος,

Sophocles loquentem eum facit in Ai. 34*)

---

*) Eos versuum numeros indico, quos exhibent Brunckius, Dindorfius, Schneidewinus, Bergkius.

καιρὸν δ᾽ ἐφήκεις· πάντα γὰρ τά τ᾽ οὖν πάρος
τά τ᾽ εἰσέπειτα σῇ κυβερνῶμαι χερί

(cf. Eustath. p. 805, 26), in Phil. 134

Νίκη τ᾽ Ἀθάνα Πολιάς, ἣ σώζει μ᾽ ἀεί.

Et quomodo in Iliade *B*, 182 statim agnoscit deae vocem

ὣς φάθ᾽, ὁ δὲ ξυνέηκε θεᾶς ὄπα φωνησάσης

cf. Naegelsbach. religg. Hom. p. 141, sic in Ai. 14

ὦ φθέγμ᾽ Ἀθάνας, φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν, —
ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς ὅμως,
φώνημ᾽ ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενί.

Vid. Eustath. p. 198, 4 κἀντεῦθεν ὁ φιλόμηρος Σοφοκλῆς λαβὼν ἀφορμὴν ποιεῖ τὸν Ὀδυσσέα ἐν τῷ μαστιγοφόρῳ Αἴαντι ἀπὸ λαλιᾶς ἀναγνωρίζοντα παρεῖναι τὴν Ἀθηνᾶν.

Nec vero non ad Aiacem multa pertinent, quae ad Homeri fidem commemorantur a Sophocle. Nam et secundus ab Achille heros celebratur ille ab Homero *P*, 279 (cf. *B*, 768 *Σ*, 192 *λ*, 469, 550 *ω*, 17)

Αἴας, ὃς περὶ μὲν εἶδος, περὶ δ᾽ ἔργα τέτυκτο
τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ᾽ ἀμύμονα Πηλείωνα

itemque a Sophocle in Ai. 1338, ubi Ulixes sic loquitur de eo:

ἀλλ᾽ αὐτὸν ἔμπας ὄντ᾽ ἐγὼ τοιόνδ᾽ ἐμοὶ
οὐκ ἀντατιμάσαιμ᾽ ἄν, ὥστε μὴ λέγειν
ἕν᾽ ἄνδρ᾽ ἰδεῖν ἄριστον Ἀργείων, ὅσοι
Τροίαν ἀφικόμεσθα πλὴν Ἀχιλλέως.

A scuto autem ingenti ἑπταβοείῳ, quo insignis est apud Homerum *H*, 219 sqq., 245, 266 ac dicitur φέρων σάκος ἠΰτε πύργον *H*, 219 *Λ*, 485 *P*, 128, σακεσφόρον nominat eum Sophocles in Ai. 19 et tradentem filiolo ipsum ἑπτάβοιον ἄρρηκτον σάκος facit ib. 574. Est etiam locus, quem obtinebant Aiacis naves, indictus *Λ*, 7

ἠμὲν ἐπ᾽ Αἴαντος κλισίας Τελαμωνιάδαο
ἠδ᾽ ἐπ᾽ Ἀχιλλῆος, τοί ῥ᾽ ἔσχατα νῆας ἐΐσας
εἴρυσαν

(cf. *K*, 113) et in Ai. 2

καὶ νῦν ἐπὶ σκηναῖς σε ναυτικαῖς ὁρῶ
Αἴαντος, ἔνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει·

vid. Eustath. p. 826, 51. Praeterea et Aiacis depugnantis cum Hectore (*H*, 161 sqq.) et munerum, quae dant inter se (*H*, 303 sqq.), memor (Ai. 1027 sqq., 1283 sqq.) poeta tragicus diserte mentionem facit de sorte, qua obtingit Aiaci descendere in certamen, vid. v. 1287

ὃς εὐλόφου
κυνῆς ἔμελλε πρῶτος ἅλμα κουφιεῖν

coll. cum *H*, 182

ἐκ δ᾽ ἔθορε κλῆρος κυνέης, ὃν ἄρ᾽ ἤθελον αὐτοί,
Αἴαντος,

de gladio, quem ab Hectore Aiax (v. 661, 817, 1022), de balteo, quem ab hoc ille (v. 1029) allocutus alter alterum leniter posteaquam manus conseruere sumit. Cumque in Iliad. *O*, 415—746 maxime eluceat Aiacis virtus defendentis a navibus ignem, quo Trojani illas sint exusturi transgresso jam Hectore cum suis fossam, affert hanc rem Sophocles in Ai. 1273—1280 non oblitus Teucri (v. 1288) adjuvantis fratrem (*O*, 436 sqq.).

Venio jam ad Orestem, quem legimus apud Homerum *α*, 40 ulturum esse patris caedem

ὁππότ᾽ ἂν ἡβήσῃ τε καὶ ἧς ἱμείρεται αἴης,

quod idem habes in Soph. El. 4

τὸ γὰρ παλαιὸν Ἄργος οὑπόθεις τόδε.

De eodem si legis *α*, 298

ἢ οὐκ ἀΐεις οἷον κλέος ἔλλαβε δῖος Ὀρέστης,

confer quod ipse de se in El. 60

ἔργοισι σωθῶ κἀξενέγκωμαι κλέος.

Sunt etiam, cum ab Aeschylo in Choephoris Argis regnasse Atridas narretur, a Sophocle Mycenae, ubi Homerus sedem eorum constituit, repetitae; vid. Schneidewin. praef. Electrae p. 11. In eadem tragoedia Chrysothemis prodit e carmine Homerico (*I*, 145) arcessita. Sed Iphiti ab Hercule interfecti fabulam, quam Lichas narrat in Trach. vv. 270—273 (*ἵππους νομάδας ἐξιχνοσκοπῶν* 271), sumsit poeta tragicus ex Od. *φ*, 22—30 (*Ἴφιτος αὖθ᾽ ἵππους διζήμενος* etc.). Accedit, quod *Λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν* secundum Il. *Ω*, 753 expressit in Phil. v. 221 *οὔτ᾽ εὔορμον οὔτ᾽ οἰκουμένην* et v. 217, ubi *ναὸς ἄξενον ὅρμον* fuisse insulae dicit. Asclepii autem filios, quos ibid. v. 1333 commemorat, in *B*, 731, *Ἕλενον ἀριστόμαντιν*, de quo v. 1338 dicit, in *Z*, 76

Πριαμίδης Ἕλενος, οἰωνοπόλων ὄχ᾽ ἄριστος

invenies.

Et quoniam morem institutumque heroum saepe secundum Homerum Sophocles effingit, aliquid etiam de hac imitatione dicendum est. Quo in genere est imprimis quae in El. vv. 698 sqq. legitur cursus equestris Pythii narratio; hanc quam diligenter exemplo certaminum, quae in Patrocli defuncti honorem Achilles instituit *Ψ*, vv. 262 sqq., expresserit Sophocles, accuratissime demonstrat G. C. Henr. Raspe in quaestionum Sophoclearum partic. I., quam Rostochii edidit a. 1843, p. XIV sqq. Ac primum vide, postquam heroes curriculo decertaturos enumeraverunt poetae (vv. 288—303. 351 Homerus, vv. 701—708 Sophocles) et suum cuique ordinem sorte assignatum esse dixerunt (vv. 352—357 ille, 709 sq. hic), initium certaminis simillime a duobus narratum, quorum alter v. 362

Οἱ δ᾽ ἅμα πάντες ἐφ᾽ ἵπποιιν μάστιγας ἄειραν,
πέπληγόν θ᾽ ἱμᾶσιν, ὁμόκλησάν τ᾽ ἐπέεσσιν
ἐσσυμένως,

alter v. 711

οἱ δ᾽ ἅμα
ἵπποις ὁμοκλήσαντες ἡνίας χεροῖν
ἔσεισαν.

Audi jam sic illum pergentem v. 365

ὑπὸ δὲ στέρνοισι κονίη
ἵστατ᾽ ἀειρομένη ὥστε νέφος ἠὲ θύελλα,

hunc v. 713

ἐν δὲ πᾶς ἐμεστώθη δρόμος
κτύπου κροτητῶν ἁρμάτων· κόνις δ᾽ ἄνω
φορεῖθ᾽·

et qui sequuntur Homeri versus 377—381

τὰς δὲ μετ᾽ ἐξέφερον Διομήδεος ἄρσενες ἵπποι
Τρώϊοι· οὐδέ τι πολλὸν ἄνευθ᾽ ἔσαν, ἀλλὰ μάλ᾽ ἐγγύς·
αἰεὶ γὰρ δίφρου ἐπιβησομένοισιν ἐΐκτην,
πνοιῇ δ᾽ Εὐμήλοιο μετάφρενον εὐρέε τ᾽ ὤμω
θέρμετ᾽· ἐπ᾽ αὐτῷ γὰρ κεφαλὰς καταθέντε πετέσθην

confer cum his Sophoclis 718 sq.

ὁμοῦ γὰρ ἀμφὶ νῶτα καὶ τροχῶν βάσεις
ἤφριζον, εἰσέβαλλον ἱππικαὶ πνοιαί.

Quae autem admonitum esse a Nestore Antilochum legis vv. 334 sqq.

τῷ (τέρματι) σὺ μάλ᾽ ἐγχρίμψας ἐλάαν σχεδὸν ἅρμα καὶ ἵππους,
— — — *ἀτὰρ τὸν δεξιὸν ἵππον*
κένσαι ὁμοκλήσας, εἶξαί τέ οἱ ἡνία χερσίν.
ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω,

eadem facere Orestem cognoscis ex El. vv. 720 sqq.

κεῖνος δ᾽ ὑπ᾽ αὐτὴν ἐσχάτην στήλην ἔχων
ἔχριμπτ᾽ ἀεὶ σύριγγα, δεξιὸν δ᾽ ἀνεὶς
σειραῖον ἵππον εἶργε τὸν προσκείμενον.

Adde in certamine Iliaco equos Admeti vv. 392 sqq., in Pythico Aenianis vv. 723 sqq. effrenatos ac perturbatos, rotarum concursum illic a Menelao vv. 420 sqq., hic a quadrigario Atheniensi vv. 731 sqq. prudenter declinatum. Denique duorum animadverte ad extremum certamen fieri, Antilochi et Menelai apud Homerum vv. 423—446, Atheniensis illius et Orestis apud Sophoclem vv. 734 sqq.

Huic certaminum similitudini adjunxerim arma una cum heroibus mortuis cremata vel sepulta, vid. *Z*, 418; *λ*, 74

ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν ἅσσα μοί ἐστιν

coll. cum Ai. v. 577

τὰ δ' ἄλλα τεύχη κοίν' ἐμοὶ τεθάψεται,

corpora mortuorum aqua calida abluta, vid. *Ξ*, 344

ἀμφὶ πυρὶ στῆσαι τρίποδα μέγαν, ὄφρα τάχιστα
Πάτροκλον λούσειαν ἄπο βρότον αἱματόεντα

coll. cum Ai. v. 1405

τρίποδ' ἀμφίπυρον λουτρῶν ὁσίων
θέσθ' ἐπίκαιρον,

Teucri sagittarii in Ai. 1120 (*ὁ τοξότης*) irrisionem, quam ad exemplum Paridis a Diomede *Λ*, 385 increpitati (*τοξότα, λωβητὴρ* etc.) revocare, quamvis aliter ad Ai. eo quem dixi loco disputent Schneidewinus et Gust. Wolffius, non dubitaverim; cf. *Θ*, 266.

Verum haec missa facio; illud contendo, ipsa fabularum conformatione Sophoclem carminibus epicis se applicare esse solitum. Quod credideris grammatico illi et Athenaeo, quos supra laudavi; de quibus Welck. p. 91: „*Diess inhaltsschwere Zeugniss zu verwerfen, wäre Thorheit an und für sich; und was irgend von dem Geist und Inhalt, von der Anziehung und dem alten und fortwirkenden Einflusse dieser epischen Gedichte zu erkennen ist, macht die Thatsache selbst vollkommen begreiflich. — — Wir dürfen nicht fürchten den Sophokles herabzusetzeu, wenn wir einen Theil seiner Stücke als Umgestaltung des Epischen ins Tragische, als Nachahmung aller vorzüglichsten Erfindungen, Charaktere, Intentionen der grössten Dichter aus einer hochblühenden Zeit des herrschenden Epos betrachten. Sophokles aber hielt sich im Ganzen ohne Zweifel näher als Aeschylus an die epischen Muster. Jene Zeugnisse, die aus der besten Quelle sind, führen uns darauf, und es folgte theils aus Umständen der Kunst, theils aus Verschiedenheiten der Natur beider Dichter.*“ Ut Sophocles in Electra, quum in Choephoris Aeschylus novam proposuisset fabulae formam, ad carminis epici *μυθοποιίαν* rediit. Fecit enim Orestem et dubitationum et furiarum expertem; vid. Schneidew. in praef. Electrae p. 26. 28. In Polyxena autem a discidio, quod de reditu inter Atridas fuisse in carminibus epicis erat narratum (vid. *γ*, 136 sqq.), profectus esse Sophocles traditur a Strab. 10, p. 470: *ὁ δ' οὖν Σοφοκλῆς ποιήσας τὸν Μενέλαον ἐκ τῆς Τροίας ἀπαίρειν σπεύδοντα ἐν τῇ Πολυξένῃ, τὸν δ' Ἀγαμέμνονα μικρὸν ὑπολειφθῆναι βουλόμενον τοῦ ἐξιλάσασθαι τὴν Ἀθηνᾶν χάριν, εἰσάγει λέγοντα τὸν Μενέλαον* etc., cf. fr. 477 ed. Nauck; vid. Welck. p. 177. Nonne igitur verisimile est, Iliadis libri 23. vestigia quam proxime secutum esse Sophoclem in Phrygibus, quibus Hector continebatur Priamo precanti ab Achille redditus? Odysseae autem libri 6. simillimam fuisse Nausicaam, optime docet Welckerus p. 228—231, qui p. 228: „*Auch konnte der Dichter nicht einmal füglich in eine so vollendete und allen Zuhörern gegenwärtige Erzählung Homers etwas fremd-*

artig neues einlegen, sondern musste alles, was der Erweiterung diente, auf das Wahrscheinlichste aus dem Gegebnen entwickeln oder daran anknüpfen.“ Itemque in Odysseae libris 6—13 versabantur Phaeaces et in libris 17—23 Convivae sive Achaeorum convivium, qua tragoedia quomodo procorum caedem ab Ulixe reduce editam Sophocles depinxisse secundum Homeri vestigia videatur, Welckerus p. 233—240 ingeniose ostendit. Eundem adi, si vis deperditarum tragoediarum argumenta, quae secundum Cypria, Aethiopidem, Iliadem parvam, Ilii excidium, *Νόστους,* Telegoneam instituerit Sophocles, videre quoad fieri potest redintegrata. De tragoediarum autem, quae integrae manserunt, fontibus et conformatione copiose disseruit Schneidewinus in praefationibus.

Proximus est locus morum, qui in personis apparent. Quos quo consilio uterque poeta effinxerit, Aristoteles docet in poet. c. 3: *μιμοῦνται γὰρ ἄμφω σπουδαίους,* et Welckerus p. 88: „*Hinsichtlich der Charaktere liegt es (das Homerische bei Sophokles) in der Idealität, und in dieser Beziehung stellt Aristoteles Homer und Sophokles zusammen.*“ Ut enim Aristoteles c. 2 *οἷον Ὅμηρος μὲν βελτίους,* sic c. 26 *οἷον καὶ Σοφοκλῆς ἔφη, αὐτὸς μὲν οἵους δεῖ ποιεῖν, Εὐριπίδης δὲ οἷοί εἰσιν.* Cf. Dion. Hal. Vett. Scrr. cens. c. 2, p. 423 Reisk., Fr. Jacobs. in Addend. ad Sulzeri doctrinam artt. libb. t. IV, p. 92 sqq.

Quid? quod et suum cuique ingenium, studia, naturam ita Sophocles conformabat, ut quales in epico carmine existerent personae, tales quoad fieri posset prodirent in tragoedia? Atque, ut omittam eos homines, quos obiter tetigit Homerus, ut Aegisthum, Clytaemnestram, quorum alter secundum *γ,* 310 (*ἀνάλκιδος Αἰγ.*) dicitur El. 301 *ὁ πάντ᾽ ἄναλκις οὗτος,* altera secundum *λ,* 422 (*Κλ. δολόμητις*) El. 124 *δολερὰ μάτηρ,* Nestor nonne secundum Homeri carmina adumbratur Phil. 421

τί δ᾽ ὃς παλαιὸς κἀγαθὸς φίλος τ᾽ ἐμός,
Νέστωρ ὁ Πύλιος, ἔστιν; οὗτος γὰρ τά γε
κείνων κάκ᾽ ἐξήρυκε, βουλεύων σοφά,

non Thersites ille, quem Philocteta percontatur v. 439

ἀναξίου μὲν φωτὸς ἐξερήσομαι,
γλώσσῃ δὲ δεινοῦ καὶ σοφοῦ

cf. *B,* 246

Θερσῖτ᾽ ἀκριτόμυθε, λιγύς περ ἐὼν ἀγορητής

et 442

Θερσίτης τις ἦν,
ὃς οὐκ ἂν εἵλετ᾽ εἰσάπαξ εἰπεῖν, ὅπου
μηδεὶς ἐῴη

cf. *B,* 212

Θερσίτης δ᾽ ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα,

quem respexisse se negat Neoptolemus, contemtum declaraturus? Jam vero Agamemnonem, Neoptolemum ita et loquentes et agentes inducit Sophocles, ut Homeri in

mentem nobis veniat. De Agamemnone igitur Doederlinus in illa de Sophoclis Aiace commentatione, quae in Comment. Acad. Monac. olim edita nunc legitur in Viri clarissimi Oratt. et Comm. t. I, dicit p. 347: „Ut irasci celerem, ita placabilem et meliora suadentibus patulas praebentem aures Sophocles finxit auctoritate nixus Homeri.“ Qua autem putaveris Achillis Homerici filium fuisse natura, eadem esse Neoptolemum Sophocleum intelligis. An est quidquam similius Achillis fallacem hominem aeque atque Orcum invisum sibi esse affirmantis (*I*, 312 cf. Phil. 88 sq.), quam Neoptolemi integritas ac veritas in Philocteta conspicua? ut, quemadmodum noscitasse omnes in se patris similitudinem oris vultusque et lineamenta corporis narret v. 356 sqq.

καί μ᾽ εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς
ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ᾽, ὀμνύντες βλέπειν
τὸν οὐκέτ᾽ ὄντα ζῶντ᾽ Ἀχιλλέα πάλιν,

ita ingenii virtutisque ad exemplum expressam effigiem Philocteta agnoscat v. 1310 sqq.

τὴν φύσιν δ᾽ ἔδειξας, ὦ τέκνον,
ἐξ ἧς ἔβλαστες, οὐχὶ Σισύφου πατρός,
ἀλλ᾽ ἐξ Ἀχιλλέως, ὃς μετὰ ζώντων θ᾽ ὅτ᾽ ἦν
ἤκου᾽ ἄριστα, νῦν δὲ τῶν τεθνηκότων.

Quid jam de Aiace et de Ulixe dicam? qui quum primarum partium sint apud Sophoclem, omnino Homerici quoad poetae tragici consilium patitur apparent. Et de Aiace quidem Doederlinus in ea quam dixi commentatione pluribus disseruit p. 329 sqq. et brevi complexus est p. 330: „Huic heroi novam induit ac tragicam personam Sophocles, ita tamen ut percoleret ab Homero tradita magis quam permutaret.“ Cf. Welckeri comment. de Aiace Soph., quae in Mus. Rhen. olim vulgata nunc exstat in Viri clarissimi Scriptt. min. t. II, p. 264 sqq., imprimis p. 284; Schneidewin. in praef. Aiac. p. 3. 10. De Ulixe autem copiose exposuit Lauerus in commentationibus de Ulixe Homerico et de Ulixe Sophocleo, quas hist. poes. Hom. post mortem ejus editae amici adjunxerunt p. 259—292. Is non solum Aiacem et Philoctetam, sed etiam tragoediarum deperditarum, in quibus Ulixes prodiit, reliquias persecutus his utitur verbis p. 291: „*Fassen wir das Resultat dieser Betrachtungen kurz zusammen, so ist es diess, dass Sophokles den Odysseus durchaus edel, ganz so darstellte, wie Homer und die älteste Sage ihn überlieferte.*“ Cf. Schneidewin. praef. Aiac. p. 26. 27.

Sequitur descriptio, qua quantum excellat Homerus testatur Aristoteles poet. c. 24 *ὁ δὲ ὀλίγα φροιμιασάμενος εὐθὺς εἰσάγει ἄνδρα ἢ γυναῖκα ἢ ἄλλο τι ἦθος, καὶ οὐδὲν ἄηθες, ἀλλ᾽ ἔχοντα ἤθη* („*und nichts ohne Ausprägung des Charakters, sondern alles wohlgezeichnet*“ Hartung Vett. doctr. poes. p. 226). Itemque Sophocles, ut ait grammaticus, *ποικίλλει* („*er malt die Charaktere ins Feine*“ (?) Schneidewin. praef. Soph. t. I. tert. ed. p. XXXII) ... *Ὁμηρικὴν ἐκματτόμενος χάριν.* Conf. quod Dion. ad Pomp. c. 3 dicit de Herodoto: *ποικίλην ἐβουλήθη ποιῆσαι τὴν γραφήν, Ὁμήρου ζηλωτὴς γενόμενος.*

Ac si quibus modis illud Homerus assecutus sit cognoveris, et ipsum Sophoclem iis usum esse intelliges. Vide commentationem ab Hemmerlingio gymnasii Neussiani annalibus a. 1857 praemissam, quae inscribitur „*Welcher Mittel bedient sich Homer zur Darstellung seiner Charaktere?*“ Mitto dicere, Sophoclem ipso orationis genere ad naturas et ad mores accommodato insignes quosdam fecisse, quum custodes, nuntios, pastores latius et cum sale quodam populariter loquentes induceret (v. Schneidewin. ad O. R. 934. 942. 1005. 1008. 1113; Ant. 414. 1233; praef. ad Ant. tert. ed. p. 12); quamquam haud scio an secuti sint cum alii tum ille Homerum, qui alium summisse et subtiliter alium contente et graviter, aliter Thersitem aliter Eumaeum fecerit dicentem, Aiaci brevitatem eloquendi acriter astrictam, Nestori fusam et cum lenitate quadam profluentem loquacitatem tribuerit. V. Hemmerling. p. 14 sq.; cf. Cic. Or. 32, 109. Illud dico, saepissime apud Sophoclem naturam hominum cognosci ex ea vi, qua moveant aliorum animos, quod Homeri fuisse non solum in Helenae formositate depingenda (*Γ,* 154 sqq. cf. Lessing. Laoc. c. XXI), sed etiam in moribus heroum exprimendis sciamus; v. Hemmerling. p. 17 sqq. An dubitas, quin formidolosam Aiacis iram Sophocles eo metu expresserit, quo moveri cohortante ipsa Minerva Ulixis animum videmus? v. Lauer. p. 275. Neque ignoras, ab Homero aut diversos opponi inter se heroas, ut Aiaci Ulixem, Hectori Paridem, Eumaeo Melanthium, aut componi dissimiles aliqua parte, ut Antinoum et Eurymachum (cf. Ameis. in *α,* 383), ad alteram alterius imagine aut contraria aut quodammodo dissimili illustrandam naturam; v. Hemmerling. p. 16 sq. Eandem a Sophocle adhibitam esse artem Schol. recte dicit ad El. v. 328 *Ἐπίτηδες τοῖς ἀγρίοις ἤθεσιν ἀντιπαρατάττουσι πρᾶα, καθάπερ νῦν τῇ Ἠλέκτρᾳ Χρυσόθεμιν συνέζευξεν, καὶ τῇ Ἀντιγόνῃ τὴν Ἰσμήνην, ἕνεκα τοῦ διαποικίλλειν ταῖς ἀντιῤῥήσεσι τὰ δράματα.* Jam illud quidem perspicuum est, ejusmodi esse apud utrumque poetam heroum et dicta et facta, ut etiamsi nihil audiamus de ipsis personis, optime inde cognoscantur ingenia ac mores. Quo spectat Schneidewinus in praef. p. XXXI: „*Auch das ist Homerische ἐνάργεια, dass die Charakteristik (bei Sophokles) unvermerkt und durch wenige feine Züge der Handlung selbst bewirkt wird*“, eodemque Nitzschius in libro: *Die Sagenpoesie der Griechen* p. 67: „*Dieses seelisch Charaktervolle der in lebendiger Handlung aufgeführten Personen war es, was Dichter auch anderer Gattungen als Homeriker, als Homers Nachbildner, erscheinen liess. — — Unzweifelhaft ist diese Seelenmalerei, die Jedermann dem Sophokles beilegt, auch dasjenige vor Anderem, wodurch dieser dem Epiker glich.*“

In sententiis autem quatenus *Ὁμηρικώτατος* dici possit Sophocles videndum est, id quod mihi ego extremum proposueram. Et viget illud grammatici *τοῖς ἐπινοήμασι τεχνικῶς χρῆται Ὁμηρικὴν ἐκματτόμενος χάριν.* Neque enim ejusmodi cogitata proferunt in Sophoclis tragoediis personae, ut poeta loqui videatur, quod apud Euripidem haud raro inveneris, sed ut ex ipsa personarum ac rerum conditione nasci quemadmodum apud Homerum illa putes. Quo in discrimine versari videtur Aristoteles poet. c. 6 *οἱ*

μὲν γὰρ ἀρχαῖοι πολιτικῶς ἐποίουν λέγοντας, οἱ δὲ νῦν ῥητορικῶς. V. Welck. p. 90, Schneidewin. p. XXXII.

Sed ne eas quidem omittam quas ab Homero Sophocles videtur mutuatus esse sententias. Atque illud primum videamus, quomodo nobilissimas qui in Il. *Z* leguntur Hectoris et Andromachae voces imitando expresserit in Aiace. Fecit igitur secundum illa, quae Hector uxori *Z*, 459—462

καί ποτέ τις εἴπῃσιν ἰδὼν κατὰ δάκρυ χέουσαν
„Ἕκτορος ἥδε γυνή, ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι
Τρώων ἱπποδάμων, ὅτε Ἴλιον ἀμφεμάχοντο.“
ὥς ποτέ τις ἐρέει,

Tecmessam loquentem de se Ai. 500—504

καί τις πικρὸν πρόσφθεγμα δεσποτῶν ἐρεῖ
λόγοις ἰάπτων „ἴδετε τὴν ὁμευνέτιν
Αἴαντος, ὃς μέγιστον ἴσχυσε στρατοῦ,
οἵας λατρείας ἀνθ᾽ ὅσου ζήλου τρέφει.“
τοιαῦτ᾽ ἐρεῖ τις·

et secundum illa, quae marito Andromacha *Z*, 407 sqq., 429 sq.

δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος, οὐδ᾽ ἐλεαίρεις
παῖδά τε νηπίαχον καὶ ἔμ᾽ ἄμμορον, ἣ τάχα χήρη
σεῦ ἔσομαι· τάχα γάρ σε κατακτανέουσιν Ἀχαιοὶ
πάντες ἐφορμηθέντες· ἐμοὶ δέ κε κέρδιον εἴη
σεῦ ἀφαμαρτούσῃ χθόνα δύμεναι· οὐ γὰρ ἔτ᾽ ἄλλη
ἔσται θαλπωρή, ἐπεὶ ἂν σύγε πότμον ἐπίσπῃς,
ἀλλ᾽ ἄχε᾽· οὐδέ μοί ἐστι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ. —
Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοί ἐσσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης,

eandem Tecmessam Aiaci supplicantem 510—519

οἴκτειρε δ᾽, ὦναξ, παῖδα τὸν σόν, εἰ νέας
τροφῆς στερηθεὶς σοῦ διοίσεται μόνος
ὑπ᾽ ὀρφανιστῶν μὴ φίλων, ὅσον κακὸν
κείνῳ τε κἀμοὶ τοῦθ᾽, ὅταν θάνῃς, νεμεῖς.
ἐμοὶ γὰρ οὐκέτ᾽ ἔστιν εἰς ὅ τι βλέπω
πλὴν σοῦ. σὺ γάρ μοι πατρίδ᾽ ᾔστωσας δόρει,
καὶ μητέρ᾽ ἄλλη μοῖρα τὸν φύσαντά τε
καθεῖλεν Ἅιδου θανασίμους οἰκήτορας.
τίς δῆτ᾽ ἐμοὶ γένοιτ᾽ ἂν ἀντὶ σοῦ πατρίς;
τίς πλοῦτος; ἐν σοὶ πᾶσ᾽ ἔγωγε σῴζομαι.

Quae autem Hector precatur filiolo *Z*, 476—481

Ζεῦ ἄλλοι τε θεοί, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι
παῖδ' ἐμόν, ὡς καὶ ἐγώ περ, ἀριπρεπέα Τρώεσσιν,
ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν καὶ Ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν·
καὶ ποτέ τις εἴπῃσι „πατρός γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων"
ἐκ πολέμου ἀνιόντα· φέροι δ' ἔναρα βροτόεντα
κτείνας δήϊον ἄνδρα, χαρείη δὲ φρένα μήτηρ,

ad horum exemplum suo precantem audi Aiacem 550 sq. 556—559

ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος,
τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος· καὶ γένοιτ' ἂν οὐ κακός.—
ὅταν δ' ἵκῃ πρὸς τοῦτο, δεῖ σ' ὅπως πατρὸς
δείξεις ἐν ἐχθροῖς οἷος ἐξ οἵου 'τράφης.
τέως δὲ κούφοις πνεύμασιν βόσκου, νέαν
ψυχὴν ἀτάλλων, μητρὶ τῇδε χαρμονήν·

cf. Eustath. p. 656, 48. Schol. Ai. 550. Bernhardi de Soph. Ai. Berol. 1813. p. 23.

Est etiam ab Eustathio p. 796, 55 in *K*, 173

νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς

adscriptum: *Σοφοκλῆς δὲ παραφράζων αὐτὸ εἶπε* (Ai. 786)

ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τοῦτο μὴ χαίρειν τινά,

cui loco adjicias alterum qui in Ant. legitur 996

φρονεῖ βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης·

cf. Leutsch. et Schneidewin. ad Diogen. 4, 41 in Paroemm. gr. t. I, p. 238. Idem Eustathius in *O*, 657 sq.

οὐδ' ἐκέδασθεν ἀνὰ στρατόν· ἴσχε γὰρ αἰδὼς
καὶ δέος,

quem versum antecedit aliquanto supra (563) ille

αἰδομένων ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται,

recte monuit p. 1036, 13: *καὶ ὅρα ὡς ἐντεῦθεν λαβὼν ὁ Σοφοκλῆς ἔφη* (Ai. 1079 sq.)

δέος γὰρ ᾧ πρόσεστιν αἰσχύνη θ' ὁμοῦ
σωτηρίαν ἔχοντα τόνδ' ἐπίστασο.

Videte jam porro Eustathium in illis, quae Priamo Achilles *Ω*, 549—551

ἄνσχεο, μηδ' ἀλίαστον ὀδύρεο σὸν κατὰ θυμόν.
οὐ γάρ τι πρήξεις ἀκαχήμενος υἷος ἑῆος,
οὐδέ μιν ἀνστήσεις, πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθησθα,

ubi adscripsit p. 1364, 48: *Σοφοκλῆς δέ, τὸ τοῦ Ἀχιλλέως μιμούμενος, φησίν* (El. 137—139)

ἀλλ' οὔτοι τόν γ' ἐξ Ἀΐδα
παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀν-
στάσεις οὔτε γόοισιν οὔτ' ἄνταις,

eundemque in *Π*, 722

αἴϑ' ὅσον ἥσσων εἰμὶ, τόσον σέο φέρτερος εἴην,

ubi p. 1083, 17: ἰστέον δὲ ὅτι παρὰ τῷ Ὁμηρικῷ ζηλωτῇ Σοφοκλεῖ ἔστι σχῆμα εὐχῆς ὅμοιον ἐν τῷ (El. 1090—1092)

ζῴης μοι καϑύπερϑεν
χειρὶ καὶ πλούτῳ τεῶν ἐχϑρῶν ὅσον
νῦν ὑπόχειρ ναίεις.

Fluxit etiam ex Briseidos questu, qui exstat *Τ*, 287 sqq.

Πάτροκλέ μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε ϑυμῷ,
ζωὸν μέν σε ἔλειπον ἐγὼ κλισίηϑεν ἰοῦσα,
νῦν δέ σε τεϑνηῶτα κιχάνομαι, ὄρχαμε λαῶν,

ille, in quem effusam fecit Electram Sophocles 1126 sqq.

ὦ φιλτάτου μνημεῖον ἀνϑρώπων ἐμοὶ
ψυχῆς Ὀρέστου λοιπὸν, ὥς σ' ἀπ' ἐλπίδων
οὐχ ὧνπερ ἐξέπεμπον εἰσεδεξάμην.
νῦν μὲν γὰρ οὐδὲν ὄντα βαστάζω χεροῖν·
δόμων δέ σ', ὦ παῖ, λαμπρὸν ἐξέπεμψ' ἐγώ·

cf. Schol. El. Contuleris praeterea cum *ι*, 34—36

ὣς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων
γίγνεται, εἴπερ καί τις ἀπόπροϑι πίονα οἶκον
γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευϑε τοκήων

O. R. 997—999

ὧν οὕνεχ' ἡ Κόρινϑος ἐξ ἐμοῦ πάλαι
μακρὰν ἀπῳκεῖτ'· εὐτυχῶς μὲν, ἀλλ' ὅμως
τὰ τῶν τεκόντων ὄμμαϑ' ἥδιστον βλέπειν.

Adde *Δ*, 160 sq.

εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,
ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν

collata cum O. C. 1536 sq.

ϑεοὶ γὰρ εὖ μὲν, ὀψὲ δ' εἰσορῶσ', ὅταν
τὰ ϑεῖ' ἀφείς τις ἐς τὸ μαίνεσϑαι τραπῇ.

Et quoniam non solum eas quae integrae manserunt persequimur tragoedias, vid. Vit. Hom. c. 158 in Plut. Mor. ed. Wytt. vol. 5 p. 1197: πάλιν δὲ τὸ Ὁμήρου (*Γ*, 65)

οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ ϑεῶν ἐρικυδέα δῶρα

Σοφοκλῆς παρέφρασεν εἰπών (fr. 876 Nauck.)

ϑεοῦ τὸ δῶρον τοῦτο· χρὴ δ' ὅσ' ἂν ϑεοὶ
διδῶσι, φεύγειν μηδέν', ὦ τέκνον, ποτέ.

Ac de rerum imitatione hactenus; videamus nunc de verborum. Mihi quidem hujus tria videntur esse genera, quorum unum versetur in formis, alterum in constructione, tertium in elocutione.

Primum igitur formis verborum Homericis haud raro usum esse Sophoclem demonstrandum est. Tetigit hanc rem G. Curtius in iis, quae de quibusdam Antigonae Sophocleae locis praefatus est Ind. Lectt. Kil. a. 1855—56 hab. p. IV et VII; cf. Brunck. in Ant. 1241. Ordiamur ab illis, si placet, formis quibus ε dilatatur in ει epico more, ο in ου. Legitur enim Ant. 1241 *εἰν Ἅιδου δόμοις*, quod eo minus offendere debuit viros quosdam doctos, quia illud „in Orci aedibus" nisi praepositione in *εἰν* producta non invenitur apud Homerum (*εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν X*, 52. *Ψ*, 19. 103. 179. *δ*, 834. *γ*, 350. *υ*, 208. *ω*, 264. *εἰν Ἀΐδαο δόμοις ω*, 204) ideoque eam formam Sophocles videtur tenuisse, v. G. Herm., Schneidew. in h. l., *εἰναλίαν* Ant. 346, *τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης* fr. 490*); *ξεῖνος* El. 675. 1119. O. C. 33. 49. 856. 1096. 1119 quum alterum alter alloquitur in senariis, O. C. 1014. fr. 726 extra allocutionem in senariis, O. C. 174. 184. 530 in allocutione melica vel anapaestica; *μοῦνος* Ai. 1276. El. 153. 531. O. R. 304. 1418. O. C. 991. 1250. Ant. 308. 508. 705. Trach. 277. 1209. Phil. 183. Nusquam hujusmodi formae apud Aeschylum exstant (Sept. 925 Dind. exhibet *ξένων*), nusquam apud Euripidem, nisi quod in Aesch. Prom. 804 *μουνῶπα στρατὸν* legimus; vere igitur mihi illud videor esse dicturus, Sophoclem non solum, ut Wunderus in Exc. ad O. C. 925 statuit, quum aliquo cum affectu animi pronuntianda essent haec verba, epicas usurpavisse formas, sed Homeri studio ductum. Adjice ad haec *ἰδέ*, quod pro *ἠδέ* dictum ab Homero nemo tragicorum habet nisi Sophocles Ant. 969, v. Krueger. gramm. dial. §. 69, 39, not.

Sequitur literae σ geminatio, quae etsi non aliena ab Aeschylo et Euripide certe prae illis placuisse Sophocli videtur ipsisque in senariis quater ab eo est admissa. En exempla *χείρεσσι* Ant. 976. 1297 in senario melicis interposito, *ὀρεσσιβάτα* O. R. 1100, *πέλασσον* Phil. 1163, *ὀλέσσας* Ai. 390 (*ἔσσομαι* El. 1163 dubium), *τόσσον* Ai. 185, *μέσσος* O. C. 1247. Ant. 1223 in senario, pariter ac 1236. Trach. 635. fr. 235, v. 5 in senario. Cf. Lobeck. in Ai. 185.

Accedunt dativi in ησι cadentes, quos ab Ellendtio olim in Lex. Soph. II, p. V repudiatos restituit Sophocli Bergkius, *Θρῄσσῃσιν* Ant. 588, *θυέλλῃσιν* Ant. 984, *πληγῇσι* Phil. 1457, cf. G. Curtium eo quem dixi loco p. IV. Est etiam usurpata a Sophocle adjectivi, ut semel a Platone et ipso *φιλομήρῳ*, forma Homerica *πίειρα* Trach. 766, v. Kr. gr. dial. §. 22, 9, 2, pronominis *ὔμμε* Ant. 846, v. Kr. gr. dial. §. 25, 1, 15, *οἱ* cum digammo, ut videatur efficere hiatum, El. 196. Trach. 650, v. Schneidew. in El., praepositionis *ποτί* in compositis *ποταίνιος* Ant. 848, *ποτιψαύων* Trach. 1214, particulae *ῥα* Ai. 172. 177. 654, quae alibi non exstat forma apud tragicos nisi in Aesch.

*) Nauckium ut supra sequor.

Pers. 636, v. G. Wolff. ad Ai. 172. Jam verba leguntur, ut omittam augmentum deficiens interdum Homerico more apud tragicos, de quo v. Kr. gr. dial. §. 28, 3, 4; *πεπείρανται μ,* 37. Trach. 581; *ταμιεύεσκε* Ant. 949, *παύεσκε* Ant. 963, v. Kr. gr. dial. §. 32, 1, 9; *ἔκτυπεν* O. C. 1456, *ἔρυτο* O. R. 1351.

Deinceps, ut erat propositum, de constructione dicatur. Ordiamur ab articulo quem vocant, qui a Sophocle saepius quam ab aliis tragoediarum scriptoribus ita videatur adhibitus, ut sequatur eum quemadmodum saepissime apud Homerum uno verbo vel aliquot interpositis ipsa quae indicatur notio, v. Kr. gr. dial. §. 50, 1, 7. Quo in genere sunt Ai. 780 *ὁ δ' εὐθὺς ἐξ ἕδρας πέμπει με σοὶ φέροντα τάσδ' ἐπιστολὰς Τεῦκρος φυλάσσειν.* El. 137 *ἀλλ' οὔτοι τόν γ' ἐξ Ἀΐδα παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀνστάσεις,* nisi malis cum Hermanno duo dicendi genera per attractionem in unum confusa intelligere, *τὸν ἐν Ἅιδου ἀναστήσεις ἐξ Ἅιδου.* O. R. 1171 *ἡ δ' ἔσω κάλλιστ' ἂν εἴποι σὴ γυνὴ τάδ' ὡς ἔχει.* Phil. 371 *ὁ δ' εἶπ' Ὀδυσσεύς.* Idemque Sophocles amans prae ceteris videtur fuisse pronominis possessivi ita substantivo adjuncti, ut objectivi quem dicunt genitivi sub eo subjicienda sit sententia, v. Kr. gr. dial. §. 47, 7, 8; sic leguntur *Τ,* 321 *σῇ ποθῇ.* *λ,* 202 *σός τε πόθος.* *Τ,* 336 *ἐμὴν ποτιδέγμενον αἰεὶ λυγρὴν ἀγγελίην.* O. R. 969 *τὠμῷ πόθῳ.* O. C. 419 *τοὐμοῦ πόθου.* Similia nonnunquam apud Xenophontem et Platonem inveniuntur.

Sed haec leviora; illa vero gravia, quod genitivum ab Homero sub verbum fugiendi subjunctum *α,* 18 *οὐδ' ἔνθα πεφυγμένος ἦεν ἀέθλων* pariter invenimus apud Sophoclem in Phil. 1044 *δοκοῖμ' ἂν τῆς νόσου πεφευγέναι,* v. Nitzsch. explicat. Od. t. I, p. 6. Kr. gr. dial. §. 47, 13, 2, eundemque genitivum verbo accipiendi Homerico more additum O. R. 1163 *ἐδεξάμην δέ του,* v. Kr. gr. dial. §. 47, 14, 3. Accedit genitivus, qui e toto enuntiato pendens sequitur verbum dicendi, v. G. Herm. de ellipsi et pleon. p. 155 sq. (Opusc. I, p. 187 sq.), Kr. gr. dial. §. 47, 10, 6. Legitur is ut *λ,* 174 *εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος, ὃν κατέλειπον, ἢ ἔτι πὰρ κείνοισιν ἐμὸν γέρας ἦέ τις ἤδη ἀνδρῶν ἄλλος ἔχει,* sic Trach. 1122 *τῆς μητρὸς ἥκω τῆς ἐμῆς φράσον ἐν οἷς νῦν ἔστιν,* Phil. 439 *ἀναξίου μὲν φωτὸς ἐξερήσομαι, γλώσσῃ δὲ δεινοῦ καὶ σοφοῦ, τί νῦν κυρεῖ,* El. 317 *καὶ δή σ' ἐρωτῶ, του κασιγνήτου τί φῄς, ἥξοντος, ἢ μέλλοντος;* Adjectivum praeterea pro adverbio secundum illud Homeri *Θ,* 38 *θοὴν ἀλεγύνετε δαῖτα* videtur posuisse Sophocles in eadem voce Ai. 149 *θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν ἑζόμενον ποντοπόρῳ ναῒ μεθεῖναι.* Cumque in temporibus praesertim ac modis cernatur verborum constructio, animadverte quum similitudines indicuntur aoristum illum, quem gnomicum dixit Doederlinus, a Sophocle mixtum Ὁμηρικῶς cum tempore praesenti El. 25 sqq. *ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενής, κἂν ᾖ γέρων, ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν, ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν,* et conjunctivum, quem particulae *ὡς* vel *ὥστε* pro futuro Homerus adjungit, de quo Naegelsbach. disseruit in *Β,* 475 et excurs. IX., eadem ratione a Sophocle adhibitum Trach. 112 *πολλὰ γὰρ ὥστ' ἀκάμαντος ἢ Νότου ἢ Βορέα τις κύματ' ἐν εὐρέϊ πόντῳ βάντ' ἐπιόντα τ' ἴδῃ.*

Restat, ut de elocutione dicendum sit; qui latissime patet locus. Multa enim et in eligendis verbis et in ubertate orationis et in dicendi ornamentis ad Homeri imitationem Sophocles dirigebat. Triplex igitur est quaestio.

Atque electio verborum videnda nobis est primum simplicium, deinde collocatorum. Et singula quidem inveniuntur apud Sophoclem verba aut Homeri propria, ut *λωβητήρ* Ant. 1074, *φύλοπις* El. 1072, *ἀπειρέσιος* Ai. 929, *εὔκηλος* El. 241, *ἀπόνασθαί τινος* El. 211, *ἄψορρον* Ai. 369; aut ad Homeri similitudinem conformata, ut *μαρμαρόεις* Ant. 610 (Hom. *μαρμάρεος*), *περιβρύχιος* Ant. 336 (*ὑπόβρυχα ε*, 319) v. Schol., *παντελής* O. R. 930 (*ἡμιτελής Β*, 701); aut eadem vi atque ab Homero adhibita, ut *λίμνη* fretum vel sinus Trach. 636 v. Schol., *ῥυτήρ* lorum Ai. 241. O. C. 900, *ἔπος* res O. R. 1148 v. Brunck., *κακός* humili loco natus (*ε*, 63) O. R. 1063. Ant. 38 v. Schneidew., *κενός* infecta re El. 1003. Trach. 495. v. Naegelsbach. in *Β*, 298, *ἐπιρρήσσειν* vi occludere (tabernaculi januam *Ω*, 454) O. R. 1244 v. Schol., *ὀνομάζειν* dicere (*Σ*, 449) O. C. 294 v. Schneidew., *ἀνύειν* perdere (*Λ*, 365. *ω*, 71) O. R. 166 v. Schol. cf. Wiedemann. p. 19, *ᾄσσειν* jactare Ai. 40. O. C. 1261 v. Musgrav. et Schaefer., *τιθέναι* certaminis praemium proponere (*Ψ*, 748. 750. 826.) Ai. 572, *ναίειν* situm esse de insulis dictum *Β*, 626. Ai. 597, *δέμας* instar (*Λ*, 596) fr. 235, v. 4, *τίπτε;* quid tandem? (*λ*, 474 v. Ameis.) Phil. 1089 v. Schneidew., *οὔπω* neutiquam (*Γ*, 306 v. Naegelsb. *Μ*, 270 *ι*, 102) O. R. 105 v. Schneidew.

Neque assentior iis, qui in Ai. 360 *σέ τοι μόνον δέδορκα ποιμένων ἐπαρκέσοντα* corruptam judicant vocem *ποιμένων* et alius aliud in ejus locum substituunt. Immo quum *ποιμένα λαῶν* multis locis Homerus appellaret Agamemnona itidemque *Ξ*, 423 non addito nomine proprio Hectorem significaret, Sophocles *ποιμένας* sic videtur usurpasse, ut auditores, memores Homeri, Atridas intelligerent. Facio igitur pariter atque G. Wolffius cum G. Hermanno, qui *ἐπαρκεσόντ'* ita correxit, ut *ἐπάρκεσιν* scriberet suspicatus *ὄντα* adscriptum a grammatico quodam fuisse explicationis causa. Quod si comprobaveris, haec efficitur, quam esse Aiaci aptissimam G. Wolffius demonstrat, sententia: „Te unum video Atridas propulsaturum", ut genitivus objectum quod vocant grammatici declaret. Bene G. Wolffius, qui quadam cum acerbitate ab Aiace Atridas sibi infestos *ποιμένας* appellari opinetur.

Est etiam, sicuti *ἦμαρ ἀναγκαῖον Ρ*, 836 diem servitutis dixit Homerus, ita a Sophocle Ai. 485 servitutis sors expressa voce *τῆς ἀναγκαίας τύχης*, quod apparet ex iis quae sequuntur *ἐγὼ δ' ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρὸς, . . . νῦν δ' εἰμὶ δούλη.* Vid. Al. Capellmanni comment. „*Die weiblichen Charaktere bei Sophokles*" Confluent. 1843. p. 6, not. 15. Itaque qui aliter illud intelligunt minus recte judicare existimo. Contra v. 803 gravis miseria, El. 48 mors violenta est *ἀναγκαία τύχη.*

Illud autem secutus Homericum *Φόρκυνος θυγάτηρ, ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντος α*, 72 Sophocles solus omnium videtur finxisse verbum *μέδειν*, quod usurpavit Ant. 1119

μέδεις δὲ παγκοίνοις Ἐλευσινίας Δηοῦς ἐν κόλποις, Βακχεῦ, fr. 341 *Πόσειδον, ὃς . . . γλαυκᾶς μέδεις εὐανέμου λίμνας.* V. Ellendt. Lex. Soph. vol. II. p. 65.

Adde huc, si placet, vocabulum *ἀνδρός* nominibus propriis adjunctam El. 45 *παρ' ἀνδρὸς Φανοτέως*, ubi nulla alia ei subjecta notio est nisi pronominis infiniti *τινός*, ut *καλουμένου* vel *τοὔνομα* inseri possit, quemadmodum *E*, 649 *ἀνέρος ἀφραδίῃσιν ἀγαυοῦ Λαομέδοντος Λ*, 738 sq. *πρῶτος ἐγὼν ἕλον ἄνδρα, κόμισσα δὲ μώνυχας ἵππους, Μούλιον αἰχμητήν*, et Ai. 817 *δῶρον μὲν ἀνδρὸς Ἕκτορος* O. C. 109 *οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον εἴδωλον*, ubi prorsus abundare videtur quemadmodum *Δ*, 193 sq. *Μαχάονα δεῦρο κάλεσσον, φῶτ' Ἀσκληπιοῦ υἱόν*; vid. Lobeck. comment. ad Ai. p. 363, et conf. G. Herm. in El. 45, dummodo ne cum eo vocabulum *ἀνδρός* revocaveris in Ai. ad illud quod sequitur *ξένων ἐμοὶ μάλιστα μισηθέντος* neve quae idem in O. C. interpretatur *Οἰδίπου τόδε εἴδωλον ἀνδρός* „hanc speciem viri quae sola reliqua est Oedipo" probaveris.

Conjuncta autem quae ex Homeri elocutione Sophocles verba elegerit, si anquirimus, fluxisse primum intelligitur

ἐπίηρα φέρειν τινί O. R. 1094 ex *A*, 572. 578, cf. Buttm. Lexil. I, nr. 38. Doederl. Gloss. II, §. 458.

κακότητα φέρειν O. C. 521 ex *M*, 332.

χοὰς χέασθαι O. C. 477 ex *κ*, 518.

ὀξέα κλάζειν O. C. 112 ex *M*, 125. *Σ*, 88.

χέρα αἰχμάζειν Ai. 97 aliquanto liberius ex *Δ*, 324 *αἰχμὰς αἰχμάζειν*, v. Lobeck. Quod Musgravius conjecit *ἤμαξας* (pro *ᾔχμασας*), quum recte dixerit Ellendtius inutile ac Lobeckius bene refutaverit, non debuit nuper commendare Bergkius. Sic, quod Schneidewinus bene nos monuit, secundum illud Homeri *ἀκοντίζειν αἰχμάς* (*M*, 44. *Ξ*, 422) Euripides dicit Iph. Taur. 362 *χεῖρας ἐξακοντίζειν.*

Jam conferantur inter se quos afferam loci:

A, 31	*ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν*	Ai. 491	*τὸ σὸν λέχος ξυνῆλθον.*
Ψ, 244	*Ἄϊδι κεύθωμαι*	Ai. 635	*Ἅιδᾳ κεύθων.*
	Errare qui in illo Sophoclis versu *γάρ* quod antecedit cum Elmsleio commutent praepositione *παρ'*, quae dubitari possit an ibi graeca non sit, Lobeckius docet.		
A, 648	*οὐχ ἕδος ἐστί* *Ψ*, 205 *οὐχ ἕδος*	Ai. 811	*οὐχ ἕδρας ἀκμή.*
O, 296	*ὅσσοι ἄριστοι ἐνὶ στρατῷ εὐχόμεθ' εἶναι*	Ai. 1413 sq.	*φίλος ὅστις ἀνὴρ φησὶ παρεῖναι.*
A, 132	*μὴ . . κλέπτε νόῳ*	El. 56	*λόγῳ κλέπτοντες.*
I, 563	*ἀλκυόνος πολυπενθέος οἶτον ἔχουσα*	El. 166 sq.	*τὸν ἀνήνυτον οἶτον ἔχουσα κακῶν.*
Ω, 110	*αὐτὰρ ἐγὼ τόδε κῦδος Ἀχιλλῆι προτιάπτω*	El. 355 sq.	*ὥστε τῷ τεθνηκότι τιμὰς προςάπτειν.*
Z, 336	*ἔθελον δ' ἄχεϊ προτραπέσθαι*	El. 1193	*τίς γάρ σ' ἀνάγκη τῇδε προτρέπει;*

K, 358 sq. λαιψηρὰ δὲ γούνατ᾽ ἐνώμα φευγέμεναι	O. R. 466 sqq. ὥρα νιν ἀελλάδων ἵππων σθεναρώτερον φυγᾷ πόδα νωμᾶν.
β, 377 γρηῢς δὲ θεῶν μέγαν ὅρκον ἀπώμνυ	O. R. 647 τόνδ᾽ ὅρκον αἰδεσθεὶς θεῶν.
Τοὺς θεῶν ὅρκους et Xenophon aliquoties habet, v. Krueg. in Anab. 2, 5, 7.	
X, 436 νῦν αὖ θάνατος καὶ μοῖρα κιχάνει	O. C. 1450 εἴ τι μοῖρα μὴ κιγχάνει.
Suppressum animadverte objectum; v. Doederl. in ed. O. C. p. 578 et p. XXXI.	
ω, 484 sq. ἡμεῖς δ᾽ αὖ παίδων τε κασιγνήτων τε φόνοιο ἔκλησιν θέωμεν	Ant. 150 sq. ἐκ μὲν δὴ πολέμων τῶν νῦν θέσθε λησμοσύναν.
B, 396 sq. κύματα παντοίων ἀνέμων	Trach. 114 ἢ Νότου ἢ Βορέα κύματα.
cf. *Λ*, 305. ν, 99. Vid. Naegelsb. explicat. Iliad. ed. II. p. 196.	
ι, 301 οὐτάμεναι πρὸς στῆθος, ὅθι φρένες ἧπαρ ἔχουσιν	Trach. 931 πλευρὰν ὑφ᾽ ἧπαρ καὶ φρένας πεπληγμένην, v. Schol.
Π, 435 διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε φρεσὶν ὁρμαίνοντι	Trach. 982 sq. ἀλλ᾽ ἐπί μοι μελέῳ βάρος ἄπλετον ἐμμέμονε φρήν.

Adde formulas quasi quasdam dicendi, quas ex Iliade et Odyssea in suam orationem Sophocles convertit. Quales sunt:

ι, 199 σὺν παιδὶ . . ἠδὲ γυναικί	Trach. 257 ξὺν παιδὶ καὶ γυναικί.
λ, 72 μή μ᾽ ἄκλαυτον, ἄθαπτον, ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν, cf. *X*, 386	Ant. 29 ἐᾶν δ᾽ ἄκλαυτον, ἄταφον.
B, 303 χθιζά τε καὶ πρώιζα v. Naegelsb.	Ant. 456 νῦν γε κἀχθές.
Δ, 43 ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ *H*, 197 οὐ γάρ τίς με βίῃ γε ἑκὼν ἀέκοντα δίηται	Ant. 276 πάρειμι δ᾽ ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν cf. Trach. 198. fr. 844 μάτην ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἶπεν λόγους.
T, 258 ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα, θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος conf. multos alios locos, v. Wunder. in O. C. 521	O. C. 521 θεὸς ἴστω Ant. 184 ἴστω Ζεὺς ὁ πάνθ᾽ ὁρῶν ἀεί Tr. 399 ἴστω μέγας Ζεύς.
α, 174 καί μοι τοῦτ᾽ ἀγόρευσον ἐτήτυμον, ὄφρ᾽ εὖ εἰδῶ, cf. *Λ*, 163	O. C. 889 λέξαθ᾽, ὡς εἰδῶ τὸ πᾶν.
β, 111 sq. σοὶ δ᾽ ὧδε μνηστῆρες ὑποκρίνονται, ἵν᾽ εἰδῇς αὐτὸς σῷ θυμῷ	Phil. 989 Ζεὺς ἔσθ᾽, ἵν᾽ εἰδῇς, Ζεὺς ὁ τῆσδε γῆς κρατῶν.
K, 250 εἰδόσι γάρ τοι ταῦτα μετ᾽ Ἀργείοις ἀγορεύεις *Ψ*, 787 εἰδόσιν ὔμμ᾽ ἐρέω	O. C. 1539 τὰ μὲν τοιαῦτ᾽ οὖν εἰδότ᾽ ἐκδιδάσκομεν.
Alios, qui eadem formula usi sunt, Schneidewinus notavit.	

Quoniam igitur quot elegerit verba Homerica Sophocles ostendimus, ubertatem nunc dicendi, id enim secundum erat de tribus, si placet, explicemus. Quae apud Sophoclem haud raro cernitur ejusmodi, ut Homeri vestigia appareant. Videmusne, ut quod Homerus dixit γ, 152 πῆμα κακοῖο imitatus sit Sophocles Ai. 363 τὸ πῆμα τῆς ἄτης, vid. Eustath. p. 1461, 63 (Od. 119, 29): Ὁμήρου εἰπόντος . . πῆμα κακοῖο λαβὼν

ἐντεῦθεν ὁ ζηλωτὴς αὐτοῦ Σοφοκλῆς πῆμα ἄτης φησίν· ὅ ἐστιν ἄτη περιφραστικῶς (cf. Phil. 765 *τὸ πῆμα τοῦτο τῆς νόσου*)· ut quod *Π*, 526. 565 legitur *νέκυι κατατεθνηῶτι* (cf. *Η*, 409. *κ*, 530. *λ*, 37. 541. 564. *χ*, 448) usurpaverit Ant. 26 *τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν*, 515 *ὁ κατθανὼν νέκυς*· ut adjectivo adverbium ex eadem stirpe ortum, quod nihil novi adjiciat sententiae, Homerico more (*Η*, 97 *ἦ μὲν δὴ λώβη τάδε γ' ἔσσεται αἰνόθεν αἰνῶς* 39 *οἰόθεν οἶος Π*, 775 sq. *ὁ δ' ἐν στροφάλιγγι κονίης κεῖτο μέγας μεγαλωστί* cf. *Σ*, 26 *ω*, 40) addiderit O. C. 1447 sq. *νέα τάδε νεόθεν ἦλθέ μοι νέα βαρύποτμα κακά* v. Doederlin. in hoc loco; ut illud *μήτηρ . .*, *ἥ τέκε τέκνα Β*, 313. 327 (cf. *Ι*, 123 sq. *ἵππους . . ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο*) secutus Ai. 1172 *πατρὸς, ὅς σ' ἐγείνατο* El. 261 *μητρὸς, ἥ μ' ἐγείνατο* scripserit? (Adde si vis fragmentum, ubi inveniuntur *μητρὸς ἥ σ' ἐγείνατο*, quod Wagnerus vol. I, p. 218. III, p. 209 et Nauckius p. 695 nr. 290 in adespotis posuerunt, Valcken. Diatr. p. 150 et Welckerus vol. I, p. 278 Sophoclis esse censuerunt).

Quid vero? confirmationem ab negatione contrarii petitam, cujus exemplum est *Γ*, 59. *Ζ*, 333 *Ἕκτορ, ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν*, nonne videmus in El. 929 *ἡδὺς οὐδὲ μητρὶ δυσχερής*, O. R. 58 *γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι*, O. R. 1230 *ἑκόντα κοὐκ ἄκοντα*, Ant. 492 *λυσσῶσαν . . οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν*, Trach. 474 *φράσω τἀληθὲς οὐδὲ κρύψομαι*, Phil. 771 *ἑκόντα μήτ' ἄκοντα* fr. 754 *τυφλὸς . . οὐδ' ὁρῶν Ἄρης*? Vid. Eustath. p. 645, 16: *Ἰστέον δὲ ὅτι τε τὸ οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν ταὐτόν ἐστι τῷ κατ' αἶσαν· διὸ καὶ ἐπιμονὴν ὁ λόγος ἔχει τὴν κατ' ἦθος ἀληθευτικήν· καὶ ὅτι ὅμοιον καὶ παρὰ τῷ φιλομήρῳ Σοφοκλεῖ* etc., cf. G. Herm. in Ai. 58. Simile, quod affert Eustath. ex El. 1078 sq. *οὔτε τι τοῦ θανεῖν προμηθὴς, τό τε μὴ βλέπειν ἑτοίμα*· num autem quod legitur El. 1127 sq. *ὥς σ' ἀπ' ἐλπίδων οὐχ ὧνπερ ἐξέπεμπον εἰσεδεξάμην* hac ratione explicandum sit, dubito. In eodem genere sunt quae secundum illud Achillis *καὶ δέ σε γιγνώσκω, Πρίαμε, φρεσὶν, οὐδέ με λήθεις Ω*, 563 Oedipum regem facit loquentem Sophocles v. 1325 *οὐ γάρ με λήθεις, ἀλλὰ γιγνώσκω σαφῶς*, Electram 222 *ἔξοιδ', οὐ λάθει μ' ὀργά*. Cf. Ant. 443. Trach. 225 sq. Phil. 205 sqq.

Finitima his dicendi ubertas est, quum adjectivi cujusdam notio explanatur addita voce rei, cujus expers aliquis est. Sic *Υ*, 50 *γυμνὸν ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος* Ai. 464 *γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ Φ*, 39 *οἶος ἄνευθ' ἄλλων* Ai. 750 *οἶος Ἀτρειδῶν δίχα* Trach. 1063 *μόνη φασγάνου δίχα* Phil. 31 *κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα* Ant. 445 *ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον*. A quo genere ne illa quidem plurima distant, quae habes *Γ*, 95 et alias apud Homerum *ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ* Ai. 171 *σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι* Ai. 910 *οἶος ἄφρακτος φίλων*.

Cumque si quem verba facientem inducit Homerus, quod praemisit orationi *εἶπεν, ἔφατο* vel simile quidpiam, in fine soleat adjecto adverbio *ὥς* repetere, idem fere Sophocles facit Ai. 504 cf. 500, quem supra p. 14 adscripsi locum, Homerico *Ζ*, 459—462 hac quoque ratione simillimum, Ai. 770 cf. 760, El. 299 cf. 294, 293 cf. 288, 984 cf. 976. Vid. Schneidewin. in El. 288.

Est autem, ut ad extremum illud veniamus, quidam o r n a t u s orationis, qui translationibus maxime continetur, epithetis, similitudinibus. In his quoque *φιλόμηρον* se praestitit Sophocles.

Translata igitur ac mutata primum verba videamus, quibus Homeri exemplum secutus orationem suam illustraverit. Leguntur

Σ, 104 *ἀλλ' ἧμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης*	El. 1241 sq. *περισσὸν ἄχθος ἔνδον γυναικῶν ὂν ἀεί.*
Γ, 50 *πατρί τε σῷ μέγα πῆμα πόληί τε παντί τε δήμῳ·* ***Χ***, 288 *σὺ γάρ σφισι πῆμα μέγιστον*, sic ***Κ***, 453 et al.	O. R. 379 *Κρέων δέ σοι πῆμ' οὐδὲν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοί* cf. Ai. 68 *μηδὲ συμφορὰν δέχου τὸν ἄνδρα.*
Σ, 607 *ποταμοῖο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο*	Trach. 507 *ὁ μὲν ἦν ποταμοῦ σθένος.*
Μ, 462 sq. *ὁ δ' ἄρ' ἔσθορε..νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια*, v. Naegelsb. in ***Α***, 46	O. C. 1683 sq. *νῷν δ' ὀλεθρία νὺξ ἐπ' ὄμμασιν βέβηκε.*
Ρ, 447. *σ*, 131 *ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει*	Trach. 1160 *ἀνδρῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο*, v. Schol.
Γ, 176 *τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα*	El. 283 *κλαίω, τέτηκα.*
Ι, 322 *αἰὲν ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν*	Ai. 1269 sq. *οὗ σὺ πολλάκις τὴν σὴν προτείνων προὔκαμες ψυχὴν δόρει.*
Ξ, 389 *ἔριδα πτολέμοιο τάνυσσαν* cf. ***Λ***, 336. ***Π***, 662. ***Ρ***, 401	O. C. 124 sq. *τοῖος ἀμφὶ νῶτ' ἐτάθη πάταγος Ἄρεος.*
δ, 777 *ὃ δὴ καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶν ἤραρεν ἡμῖν* cf. *ε*, 95. *ξ*, 111	El. 147 *ἀλλ' ἐμέ γ' ἁ στονόεσσ' (ὄρνις) ἄραρεν φρένας.*
Θ, 285 *τὸν..ἐϋκλείης ἐπίβησον*, v. Eustath. *χ*, 424 *ἀναιδείης ἐπέβησαν.* *ψ*, 52	O. C. 189 *εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες.* Phil. 1463 *δόξης οὔ ποτε τῆσδ' ἐπιβάντες.*
Β, 111. ***Ι***, 18 *Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ*	O. C. 525 *κακᾷ μ' εὐνᾷ πόλις οὐδὲν ἴδριν γάμων ἐνέδησεν ἄτᾳ.*
Ο, 740 *πόντῳ κεκλιμένοι* cf. *δ*, 608. *ν*, 235	Trach. 101 *ἢ δισσαῖσιν ἀπείροις κλιθείς.*
Κ, 535 *ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει*	Ant. 1187 sq. *καί με φθόγγος οἰκείου κακοῦ βάλλει δι' ὤτων.* cf. Phil. 205 sq.
Β, 381. ***Τ***, 275 *ἵνα ξυνάγωμεν Ἄρηα*	O. C. 1046 sq. *τὸν χαλκοβόαν Ἄρη μίξουσιν.*
Κ, 212 sq. *μέγα κέν οἱ ὑπουράνιον κλέος εἴη* aliique ejusmodi loci, quos Ameis. collegit in *ο*, 329.	O. C. 380 sq. *ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον τιμῇ καθέξον ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.*

Addere licet El. 780 sq. *ὥστ' οὔτε νυκτὸς ὕπνον οὔτ' ἐξ ἡμέρας ἐμὲ στεγάζειν ἡδύν*, quod Eustath. p. 632, 31 dicit *μεταποιηθὲν ἐξ Ὁμηρικοῦ τοῦ ἀμφικεχύσθαι νήδυμον ὕπνον* (***Ξ***, 253 ***Ψ***, 63), et Ant. 20 *δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος*, quod ex Homerico illo *πολλὰ δέ οἱ κραδίη πόρφυρε μένοντι* ***Φ***, 551. *δ*, 427. 572. *κ*, 309 natum esse Hermannus ac Schneidewinus docent, cf. Eustath. p. 51, 11.

Venio jam ad epitheta, quae ex Homero permulta sumsisse Sophoclem perspicuum est, ita tamen nonnunquam, ut vim quandam majorem quam in epico carmine afferrent ad sententiam, v. Doederl. Gloss. t. III, nr. 2379 in fin., G. Wolff. in Ai. 175.

Atque eadem saepe quae Homerus epitheta nominibus adjunxit et appellativis, cujusmodi inveniuntur

Ai. 147 *αἴθωνι σιδήρῳ* cf. *Δ*, 485. *Η*, 473. *Υ*, 372. *α*, 184,
Ai. 175 *βοῦς ἀγελαίας* ut *Ψ*, 846 aliasque apud Homerum,
Ai. 242 *λιγυρᾷ μάστιγι* cf. *Λ*, 532,
Ai. 250 *ποντοπόρῳ ναΐ* ut *Α*, 439 et alias in Il. atque Od.,
Ai. 374 *ἑλίκεσσι βουσί* ut *Μ*, 293 et saepissime apud Homerum,
Ai. 649 *δεινὸς ὅρκος* cf. *Β*, 755,
Ai. 710 *θοᾶν ὠκυάλων νεῶν* cf. *η*, 34 *νηυσὶ θοῇσιν .. ὠκείῃσιν.*
El. 91 *δνοφερὰ νύξ* cf. *ν*, 269,
El. 780 *ὕπνον ἡδύν* ut *Δ*, 131 et aliis Homeri locis,
Ant. 697 *ὠμηστῶν κυνῶν* cf. *Χ*, 66 sq.
Trach. 511 *παλίντονα τόξα* cf. *Θ*, 266. *Κ*, 459. *Ο*, 443. *φ*. 11. 59.
fr. 417 *φαιδίμοις ὤμοις* ut *λ*, 128 in eadem re de Ulixe, v. Welck. vol. I, p. 246,
fr. 432 *ἀετὸς ὑψιπέτας* ut *Μ*, 201. 219 ac saepius,

et propriis, quo in genere sunt

Phil. 1198 *ἀστεροπητής* Jupiter cf. *Α*, 580. 609. *Η*, 443. *Μ*, 275,
Anecd. Paris. vol. IV. p. 60, 21: *Ἀργειφόντης· ὁ Ἑρμῆς παρ' Ὁμήρῳ καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ*, v. Nauck. p. 272,
O. C. 706 *χἀ γλαυκῶπις Ἀθάνα* cf. *Β*, 172 et cett. locc.
Ai. 612 *θουρίῳ ἐν Ἄρει* ut *Ε*, 507 et permultis Homeri locis,
Ai. 205 *ὁ δεινὸς μέγας .. Αἴας* cf. *Γ*, 226 et all. locc.
Ai. 955 *πολύτλας ἀνήρ* Ulixes ut *Θ*, 97 et innumeris Il. atque Od. locis, at per ironiam dictus, v. Doederl. Gloss. t. III, nr. 2379, G. Wolff. in hoc loco,
Phil. 344 *δῖος Ὀδυσσεύς* (cf. *Θ*, 97 et cett. locc.) item cum quadam ironia,
Phil. 1135 *πολυμηχάνου ἀνδρός* de eodem Ulixe ut *Β*, 173 aliasque,
El. 9 *Μυκήνας τὰς πολυχρύσους* cf. *Η*, 180. *Λ*, 46. *γ*, 305.
Accedit *ὁ πάντ' ἄναλκις* Aegisthus, de quo supra p. 11. dixi.

Paullulum autem immutata vel similia Homericis epitheta exstant

Ai. 675 *ὁ παγκρατὴς ὕπνος* cf. *Ω*, 4. *ι*, 372 sq. *ὕπνος .. πανδαμάτωρ*,
El. 568 *κεράστην ἔλαφον* cf. *Γ*, 24 *ἔλαφον κεραόν*,
El. 747 *τμητοῖς ἱμᾶσι* cf. *Κ*, 567 *Φ*, 30 *ἐϋτμήτοισιν ἱμᾶσιν*,
Trach. 847 *χλωρὰν δακρύων ἄχναν* cf. *Β*, 266 et al. *θαλερὸν δάκρυ*,
fr. 24 *αἰγείρου μακρᾶς* cf. *η*, 106 *μακεδνῆς αἰγείροιο*,

Phil. 391 *παμβῶτι Γᾶ* cf. *I*, 568 *γαῖαν πολυφόρβην Ξ*, 200. 301,

O. C. 1559 sq. *ἐννυχίων ἄναξ, Αἰδωνεῦ* cf. *Y*, 61 *ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς*.

Ai. 1190 *ἀνὰ τὰν εὐρώδη Τροίαν* cf. *N*, 433 et al. *ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ*. Neque enim illa verba in Aiace mutanda videntur, at quae iis respondent in antistrophe, ubi G. Dindorf. bene *ἰὼ πόνοι πρόπονοι*. Et Lobeckio assentior, qui *εὐρώδη* ab *εὐρύς* propagatum esse putat.

De Clytaemnestra, quae *δολερὰ μάτηρ* vocatur, supra p. 11.

Adde quae Sophocles dixit

O. C. 869 *θεῶν ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος* secundum *Γ*, 277 *Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς*,

Ant. 610 *Ὀλύμπου μαρμαρόεσσαν αἴγλαν* secundum *Α*, 532. *N*, 243. *Y*, 103 *ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου*.

Nec dubito, quin Aias *ὠμοκρατής* appellatus sit v. 205 secundum *Γ*, 227 *ἔξοχος Ἀργείων κεφαλήν τε καὶ εὐρέας ὤμους* cf. v. 1205 *εὐρύνωτος*. Minus recte igitur Ellendtius ac nuperrime G. Wolffius cum Schol. quodam interpretati esse mihi videntur „*der das Rauhste überwindet.*“ V. Lobeck. p. 157.

Sunt etiam saepe epitheta Homerica nominibus aliis atque ab Homero, certe similibus adjuncta. Huc refer

Ai. 237 *ἀργίποδας κριούς* cf. *Ω*, 211 *ἀργίποδας κύνας*,

Ai. 375 *κλυτοῖς αἰπολίοις* cf. *ι*, 308 *κλυτὰ μῆλα*,

Ai. 710 *αἰόλου κνώδοντος* cf. *E*, 295 *τεύχε' αἰόλα* *H*, 222. *Π*, 107 *σάκος αἰόλον* cf. *Δ*, 373.

Ai. 807 *νεηκονής* (gladius) cf. *N*, 391. *Π*, 484 *πελέκεσσι νεήκεσι*,

Ai. 890 *ἀμενηνὸν ἄνδρα* cf. *κ*, 521. 536. *λ*, 29. 49 *νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα*,

Ai. 1167 *τάφον εὐρώεντα* cf. *κ*, 512. *ψ*, 322 *εἰς Ἀΐδεω . . δόμον εὐρώεντα* cf. *ω*, 10 *κατ' εὐρώεντα κέλευθα* *Y*, 64 sq. *οἰκία σμερδαλέ' εὐρώεντα*, Doederl. Gloss. I, nr. 7,

El. 515 *οἴκους πολυπάμονας* (sic enim cum Bothio scribendum) cf. *Δ*, 433 *πολυπάμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ*,

O. R. 176 *ἀμαιμακέτου πυρός* cf. *Z*, 179. *Π*, 328 *Χίμαιραν ἀμαιμακέτην*, v. Doederl. Gloss. I, nr. 140,

Ant. 591 *ἀντιπλῆγες ἀκταί* cf. *ε*, 418 *ἠϊόνας τε παραπλῆγας*,

Trach. 11. 834 *αἰόλος δράκων* cf. *M*, 208 *αἰόλον ὄφιν*,

Trach. 681 *πικρᾷ γλωχῖνι* cf. *Δ*, 118 et al. *πικρὸς ὀϊστός*,

Phil. 1123 *πολιᾶς πόντου θινός* (*ἐφήμενος*) cf. *Α*, 350 *θῖν' ἔφ' ἁλὸς πολιῆς* (*ἕζετο*),

Phil. 1146 *χαροπῶν ἔθνη θηρῶν* cf. *λ*, 611 *χαροποί τε λέοντες*,

fr. 341 *γλαυκᾶς . . λίμνας* cf. *Π*, 34 *γλαυκὴ . . θάλασσα*,

fr. 432 *ὑπὲρ ἀτρυγέτου γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας* cf. *Α*, 316 et al. *ἁλὸς ἀτρυγέτοιο*,

fr. 532 *τανύφλοιος αἴγειρος* cf. *Π*, 767 *τανύφλοιόν τε κράνειαν*,

Ai. 179 *χαλκοθώραξ Ἐνυάλιος* cf. *Δ*, 448. *Θ*, 62 *ἀνδρῶν χαλκεοθωρήκων*,

Ai. 212 *θούριος Αἴας* cf. *E*, 30 et al. *θοῦρον Ἄρηα*,

Ai. 608 *ἀΐδηλον Ἅιδαν* cf. *Θ*, 309 *ἀΐδηλον Ἄρηα*. Non assentior iis, qui „obscurum Orcum" interpretantur, neque intelligo, cur non Homerum secutus, qui praeter Martem dicit *ἀΐδηλον* ignem, Minervam, quum conviciatur ei Mars, procorum catervam, Melanthium (v. Buttm. Lexil. I, nr. 60), Sophocles Orcum vocaverit „perniciosum", quod optime accedat ad *ἀπότροπον* abominandum"; sic enim legitur: *τὸν ἀπότροπον ἀΐδηλον Ἅιδαν*. V. Doederl. Gloss. II, nr. 409.

El. 491 *χαλκόπους Ἐρινύς* cf. *Θ*, 41. *Ν*, 23 *χαλκόποδ' ἵππω*,

Ai. 847 *Ἥλιε ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν* cf. *Ζ*, 205 *χρυσήνιος Ἄρτεμις*,

O. C. 378. 1386. fr. 222 *τὸ κοῖλον Ἄργος* cf. *Β*, 581. *δ*, 1 *κοίλην Λακεδαίμονα*,

Ai. 1219 *ἄκραν ὑπὸ πλάκα Σουνίου τὰς ἱερὰς ὅπως προσείποιμεν Ἀθάνας* cf. *γ*, 278 *ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ', ἄκρον Ἀθηνέων*.

Conferre etiam licet

O. C. 1046 *τὸν χαλκοβόαν Ἄρη* cum *Ε*, 785 *Στέντορι* . . . *χαλκεοφώνῳ*.

Trach. 557 sq. *τοῦ δασυστέρνου Νέσσου* cum *Β*, 743 *φῆρας λαχνήεντας* et *Σ*, 415,

Trach. 326 sq. *πάτραν διήνεμον* de Oechalia cum *Β*, 606 *ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην* et simil.

Ant. 1146 *πῦρ πνεόντων ἄστρων* cum *Ε*, 4 sq. *δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον*, v. Eustath. p. 514, 45.

Et haud scio an fr. 403 (Nausicaae est) recte Brunckius scripserit *νεοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας*, cf. *ζ*, 64 *νεόπλυτα εἵματα*.

Sed miro quodam modo illuminare poetae orationem solent similitudinibus. Quas quanquam novas plerasque praeclara arte Sophocles inveniebat, aliquot quidem certe ab Homero mutuatus est.

Quum igitur claram Achillis vocem ut tubae sonitum audiri Homerus dicat *Σ*, 219—221

ὡς δ' ὅτ' ἀριζήλη φωνή, ὅτε τ' ἴαχε σάλπιγξ
ἄστυ περιπλομένων δηΐων ὕπο θυμοραϊστέων,
ὣς τότ' ἀριζήλη φωνὴ γένετ' Αἰακίδαο,

Ulixem facit Sophocles alloquentem Minervam Ai. 15—17

ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς ὅμως,
φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενὶ
χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς.

Et sicuti metum ac trepidationem depingit imagine columbae Homerus *Χ*, 139—141

ἠΰτε κίρκος ὄρεσφιν, ἐλαφρότατος πετεηνῶν,
ῥηϊδίως οἴμησε μετὰ τρήρωνα πέλειαν·
ἡ δέ θ' ὕπαιθα φοβεῖται,

ita Sophocles Ai. 139

μέγαν ὄκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι
πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας.

Procos autem ab Ulixe petitos fugere narrat Homerus avium instar, quas vultur insectetur, χ, 302—306

οἱ δ᾽ ὥστ᾽ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες ἀγκυλοχεῖλαι,
ἐξ ὀρέων ἐλθόντες ἐπ᾽ ὀρνίθεσσι θόρωσιν·
ταὶ μέν τ᾽ ἐν πεδίῳ νέφεα πτώσσουσαι ἵενται,
οἱ δέ τε τὰς ὀλέκουσιν ἐπάλμενοι, οὐδέ τις ἀλκὴ
γίγνεται οὐδὲ φυγή· χαίρουσι δέ τ᾽ ἀνέρες ἄγρῃ.

Eadem usus similitudine de Aiace ejusque inimicis nautas Salaminios dicentes inducit Sophocles Ai. 169—171

μέγαν αἰγυπιὸν δ᾽ ὑποδείσαντες
τάχ᾽ ἂν ἐξαίφνης, εἰ σὺ φανείης,
σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι.

Videtur etiam eam similitudinem, quam Homerus affert Ξ, 396 sq.

οὔτε πυρὸς τόσσος γε πέλει βρόμος αἰθομένοιο
οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὅτε τ᾽ ὤρετο καιέμεν ὕλην, ...
ὅσση ἄρα Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἔπλετο φωνὴ
δεινὸν ἀυσάντων, ὅτ᾽ ἐπ᾽ ἀλλήλοισιν ὄρουσαν,

expressisse Sophocles tragicorum more audacius contractam Ai. 194 sqq.

ἀλλ᾽ ἄνα ἐξ ἑδράνων, ὅπου μακραίωνι
στηρίζει ποτὲ τᾷδ᾽ ἀγωνίῳ σχολᾷ
ἄταν οὐρανίαν φλέγων. ἐχθρῶν δ᾽ ὕβρις
ἀτάρβητος ὁρμᾶται
ἐν εὐανέμοις βάσσαις.

Age nunc quae leguntur Σ, 318 sqq.

πυκνὰ μάλα στενάχων ὥστε λὶς ἠυγένειος,
ᾧ ῥά θ᾽ ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ
ὕλης ἐκ πυκινῆς,

comparate cum illis, quae Ai. 985 sqq.

οὐχ ὅσον τάχος
δῆτ᾽ αὐτὸν ἄξεις δεῦρο, μή τις ὡς κενῆς
σκύμνον λεαίνης δυσμενῶν ἀναρπάσῃ.

Videte jam porro, ut hominem obtruncatum cum arbore, quae caesa collabitur, Homerus conferat Ν, 389 sqq.

ἤριπε δ᾽ ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωὶς,
ἠὲ πίτυς βλωθρὴ, τήντ᾽ οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες
ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι νήϊον εἶναι

eodemque modo Agamemnonem trucidatum Electra describat, ita tamen, ut major vis insit similitudini, 95 sqq.

πατέρ᾽, ὃν κατὰ μὲν βάρβαρον αἶαν
φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξένισεν,
μήτηρ δ᾽ ἡμὴ χὠ κοινολεχὴς
Αἴγισθος ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι
σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει.

Accedit similitudo, quam ex Homero fluxisse intelligitur, apud alios quoque tragicos usitata, quum lacrimae vel questus hominum comparantur cum querulis avium pullis orbarum vocibus. Sic π, 216—218

κλαῖον δὲ λιγέως, ἀδινώτερον ἤ τ᾽ οἰωνοί,
φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, οἷσί τε τέκνα
ἀγρόται ἐξείλοντο πάρος πετεηνὰ γενέσθαι

et Ant. 423—425

ἡ παῖς ὁρᾶται κἀνακωκύει πικρᾶς
ὄρνιθος ὀξὺν φθόγγον, ὡς ὅταν κενῆς
εὐνῆς νεοσσῶν ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος·

cum lusciniae maxime cantu τ, 518 sqq.

ὡς δ᾽ ὅτε Πανδαρέου κούρη, χλωρηὶς ἀηδὼν,
καλὸν ἀείδησιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο,
δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν,
ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνὴν,
παῖδ᾽ ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον, . . .

et El. 147—149

ἀλλ᾽ ἐμέ γ᾽ ἁ στονόεσσ᾽ ἄραρεν φρένας,
ἃ Ἴτυν, αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται,
ὄρνις ἀτυζομένα, Διὸς ἄγγελος·

cf. ib. 103 sqq.

ἀλλ᾽ οὐ μὲν δὴ
λήξω θρήνων στυγερῶν τε γόων, . .
μὴ οὐ τεκνολέτειρ᾽ ὥς τις ἀηδὼν
ἐπὶ κωκυτῷ τῶνδε πατρῴων
πρὸ θυρῶν ἠχὼ πᾶσι προφωνεῖν·

ib. 1075 sqq.

Ἠλέκτρα, τὸν ἑὸν πότμον
δειλαία στενάχουσ᾽ ὅπως
ἁ πάνδυρτος ἀηδών.

Cumque comparentur leonibus Ulixes et Diomedes una speculatum egressi *K*, 297

βὰν ῥ᾽ ἴμεν ὥστε λέοντε δύω διὰ νύκτα μέλαιναν,

cf. *E*, 554—560, ubi similiter depinguntur Agamemno et Menelaus, in Phil. 1436 Herculem audimus Philoctetam ac Neoptolemum cohortantem

ἀλλ᾽ ὡς λέοντε συννόμω φυλάσσετον
οὗτος σὲ καὶ σὺ τόνδε.

Reliqui sunt loci quidam, quibus Homeri locos diligenter descripsisse Sophocles videtur; nam id quoque pertinet ad ornatum orationis, quod poetarum nobilium locos notant interdum carminibus suis poetae. Illos igitur, quos adscribam, et Homeri et Sophoclis vide locos.

A, 4 *αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν*
οἰωνοῖσί τε πᾶσι,
Ai. 830 *καὶ μὴ πρὸς ἐχθρῶν του κατοπτευθεὶς πάρος*
ῥιφθῶ κυσὶν πρόβλητος οἰωνοῖς θ᾽ ἕλωρ.

α, 47 *ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι,*
El. 126 *ὡς ὁ τάδε πορὼν*
ὄλοιτο.

α, 282 *ἤν τίς τοι εἴπῃσι βροτῶν, ἢ ὄσσαν ἀκούσῃς*
ἐκ Διός v. Ameis.,
O. R. 42 *εἴτε του θεῶν*
φήμην ἀκούσας εἴτ᾽ ἀπ᾽ ἀνδρὸς οἶσθά που.

ε, 478—480 *τοὺς μὲν ἄρ᾽ οὔτ᾽ ἀνέμων διάει μένος ὑγρὸν ἀέντων,*
οὔτε ποτ᾽ ἠέλιος φαέθων ἀκτῖσιν ἔβαλλεν,
οὔτ᾽ ὄμβρος περάασκε διαμπερές v. Eustath.,
O. C. 675—678 *καὶ τὰν ἄβατον θεοῦ*
φυλλάδα μυριόκαρπον ἀνήλιον
ἀνήνεμόν τε πάντων
χειμώνων v. Schol.

τ, 406—409 *γαμβρὸς ἐμὸς θυγάτηρ τε, τίθεσθ᾽ ὄνομ᾽ ὅττι κεν εἴπω·*
πολλοῖσιν γὰρ ἔγωγε ὀδυσσάμενος τόδ᾽ ἱκάνω, . .
τῷ δ᾽ Ὀδυσεὺς ὄνομ᾽ ἔστω ἐπώνυμον,
fr. 877 *ὀρθῶς δ᾽ Ὀδυσσεύς εἰμ᾽ ἐπώνυμος κακοῖς·*
πολλοὶ γὰρ ὠδύσαντο δυσσεβεῖς ἐμοί

(*δυσμενεῖς* Nauck. et Bergk.), de quo fragmento vide quae supra p. 2. e vita Sophoclis attuli.

Quibus locis et universa Homeri imitatione maxime delectatos esse opinor Athenienses, quippe qui a teneris Homeri carminibus imbuerentur eaque permagni haberent; vid. Nitzsch. in libro: „*Die Sagenpoesie der Griechen*“ p. 330 sq. Ac verisimile est non nihil momenti id fecisse ad Sophoclis admirationem.

Haec fere habui, quae dicenda putarem de Sophocle poeta Ὁμηρικωτάτῳ. Quae si aliquatenus probata fuerint viris doctis, de Aeschyli et Euripidis studiis Homericis ut potero disputabo.